¶ Et uenit bethsaidam. ⁊ adducunt ei cecum. ⁊ rogabant eum ut illum tangeret. ¶ Et apprehendens manum cecum eduxit extra uillam. ⁊ exspuens in oculos eius. ⁊ imponens manus suas interrogauit eum si quid uideret. ¶ Et aspiciens dixit. uideo homines tamquam arbores ambulantes. ¶ Deinde iterum imposuit manus super oculos eius. ⁊ cepit uidere. ⁊ restitutus est ita ut clare uideret omnia. ¶ Et misit illum in domum suam dicens. uade in domum tuam. ⁊ si in uillam introieris nemini dixeris.

¶ Et egressus ihs ⁊ discipuli eius in castella cesaree philippi. ⁊ in uia interrogabat discipulos suos dicens eis. quem me dicunt homines esse. ¶ At illi dixerunt illi dicentes. alii iohannem baptistam. alii autem helyam. alii uero quia unus prophetarum. ¶ Et ipse interrogabat eos. uos autem quem me esse dicitis. ¶ Respondens petrus dicit ei. tu es christus filius dei uiui. ¶ Et comminatus est illis ne dicerent de illo quia ipse esset christus. ¶ Et cepit docere eos quia oportet filium hominis multa pati ⁊ reprobari a senioribus ⁊ principibus sacerdotum ⁊ scribis ⁊ occidi ⁊ post tres dies resurgere. ¶ Et palam uerbum loquebatur. ¶ Et adsumens eum petrus cepit increpare eum dicens. absit a te domine. non erit tibi hoc. ¶ Qui conuersus ⁊ uidens discipulos suos comminatus est petro dicens. uade retro me satana. quia non sapis que dei sunt sed que hominum. ¶ Et conuocata turba cum discipulis suis dixit illis. si quis uult post me uenire abneget semetipsum ⁊ tollat crucem suam ⁊ sequatur me. ¶ Qui enim uoluerit animam suam saluam facere perdet illam. qui autem perdiderit animam suam propter me ⁊ euangelium saluam faciet illam. ¶ Quid enim prodest homini si mundum uniuersum lucretur. animae uero suae detrimentum patiatur. ¶ Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua. ¶ Qui enim me confusus fuerit ⁊ meos sermones in generatione ista adultera ⁊ peccatrice. ⁊ filius hominis confundetur eum ⁊ cum uenerit in gloria patris sui cum angelis sanctis.

¶ Et dicebat illis. amen dico uobis quia sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec uideant regnum dei uenientem in uirtute. ¶ Et post dies sex assumit ihs petrum ⁊ iacobum ⁊ iohannem. ⁊ ducit illos in montem excelsum seorsum solos. ⁊ transfiguratus est coram eis. ¶ Et uestimenta eius facta sunt splendentia. candida nimis. ita quod nullus possit super terram sic candidos facere. ¶ Et apparuit illis helyas cum moyse. ⁊ erant loquentes cum ihu. ¶ Et respondens petrus dixit ihu. rabbi bonum est nos hic esse. ⁊ faciamus tria tabernacula. tibi unum. ⁊ moysi unum. ⁊ helye unum. ¶ Non enim sciebat quid loqueretur. erant enim timore exterriti. ¶ Et factus est nubes obumbrans eis. ⁊ uenit uox de nube dicens. hic est filius meus dilectus. ipsum audite. ¶ Et circumspicientes continuo neminem amplius uiderunt nisi ihm tantum secum. ¶ Et descendentibus illis de monte precepit illis ne cui enarrarent quae uiderant. nisi cum filius hominis a mortuis resurrexerit. ¶ Et uerbum continuerunt apud se. conquirentes quid est cum a mortuis resurgere. ¶ Et interrogabant eum dicentes. quid dicunt scribae quia helyam oportet primum uenire. ¶ Qui respondens ait illis. helyas cum uenerit primo restituet omnia. ⁊ quomodo scriptum est filio hominis ut multa patiatur ⁊ reprobetur. ¶ Sed dico uobis quia helyas uenit ⁊ fecerunt illi quaecumque uoluerunt sicut scriptum est de eo.

¶ Et ueniens ad discipulos uidit turbam multam circa eos ⁊ scribas conquirentes cum eis. ¶ Et statim omnis populus uidens eum expauit ⁊ perhorruit. ⁊ accurrentes salutabant eum. ¶ Et interrogauit scribas quid conquirebatis cum eis. ¶ Et respondens unus de turba dixit magistro. attuli filium meum ad te habentem spiritum mutum. ¶ Et ubicumque eum apprehenderit allidit illum. ⁊ spumat ⁊ stridet dentibus suis ⁊ arescit. ¶ Et dixi discipulis tuis ut eicerent illum. ⁊ non potuerunt. ¶ Qui respondens ei dicit. o generatio incredula quousque apud uos ero. quousque uos patiar. adducite illum ad me. ¶ Et adduxerunt eum. ⁊ uidens illum continuo spiritus conturbauit eum. ⁊ elisus in terram uolutabatur spumans. ¶ Et interrogauit patrem eius. quamdiu est ei hoc. at ille dixit. ab infantia. ¶ Et frequenter eum in ignem misit ⁊ in aquas ut perderet eum. sed si quid potes adiuua nos misertus nostri. ¶ Ihs autem dixit ei. si potes credere omnia possibilia sunt credenti. ¶ Et continuo exclamans pater infantis cum lacrimis dixit. credo domine. adiuua incredulitatem meam. ¶ Cum autem uidisset ihs concurrere turbam comminatus est spiritui immundo dicens ei. spiritus surde ⁊ mute. ego tibi precipio. exi ab eo. ⁊ amplius non introeas in eum. ¶ Et exclamans ⁊ multum discerpens eum exiit ab eo. ⁊ factus est sicut mortuus. ita ut multi dicerent quia mortuus est. ¶ Ihs autem tenuit manum eius. ⁊ erexit eum. ⁊ surrexit. ¶ Et cum introisset domum eius discipuli eius seorsum interrogabant eum. quia nos non potuimus eicere illum. ¶ Et dixit illis. hoc genus in nullo potest exire nisi in oratione ⁊ ieiunio.

¶ Et inde profecti transibant per galileam. ⁊ nolebat ut quisquam sciret. ¶ Docebat enim discipulos suos ⁊ dicebat eis. quia filius hominis tradetur in manus hominum ⁊ occident eum. ⁊ occisus tribus diebus resurget. ¶ At illi ignorabant uerbum. ⁊ timebant eum interrogare. ¶ Et uenit capharnaum. ⁊ cum domi esset interrogabat eos. quid in uia tractabatis inter uos. ¶ At illi tacebant. adtenderunt enim ad inuicem quis maior esset in regno dei. ¶ Et sedens uocauit duodecim. ⁊ dicit eis. si quis uult primus esse erit omnium nouissimus ⁊ omnium minister. ¶ Et accipiens puerum statuit eum in medio eorum. ⁊ complexans eum dixit illis. ¶ Quicumque unum de huiusmodi puerulis receperit in nomine meo me recipit. ⁊ quicumque me recipit non me recipit sed eum qui misit me. ¶ Respondit illi iohannes dicens. magister uidimus quendam in nomine tuo eicientem demonia. ⁊ prohibuimus eum quia non sequitur nobiscum. ¶ Dixit autem ihs. nolite prohibere. nemo enim est qui faciat uirtutem in nomine meo. ⁊ possit cito male loqui de me. ¶ Qui enim non est aduersum nos pro nobis est. ¶ Quicumque enim potum dederit uobis calicem aquae in nomine meo quia christi estis. amen dico uobis non perdet mercedem suam. ¶ Et quicumque scandalizauerit unum de pusillis istis qui credunt in me bonum est illi magis si circumdatus mola asinaria in mare proiectus fuerit. ¶ Et si manus tua scandalizat te abscide illam. bonum tibi est debilem in uitam intrare quam duas manus habentem ire in gehennam in ignem inextinguibilem. ¶ Et si pes tuus scandalizat te abscide illum. bonum tibi est claudum in uitam intrare quam duos pedes habentem mitti in gehennam. ¶ Et si oculus tuus scandalizat te eice illum. bonum tibi est unoculum in regnum dei intrare quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. ¶ Ubi uermis eorum non moritur. ⁊ ignis non extinguitur. ¶ Omnis enim igne salietur. ⁊ omnis uictima sale salietur. ¶ Bonum est sal. quod si sal euanuerit in quo illud condietis. habete in uobis sal. ⁊ pacem habete inter uos.

¶ Et inde surgens ueniet in fines iudee trans iordanem. ⁊ conueniunt iterum turbae ad eum. ⁊ sicut consueuerat iterum docebat illos. ¶ Et accedentes pharisei interrogabant eum. si licet uiro uxorem dimittere. tentantes eum. ¶ Qui respondens dixit eis. quid uobis mandauit moyses. ¶ At illi dixerunt. moyses permisit libellum repudii scribere ⁊ dimittere. ¶ Ad quos ihs respondens ait. ad duritiam cordis uestri scripsit uobis mandatum istud. ¶ A principio autem creaturae masculum ⁊ feminam fecit eos deus. ¶ Propter hoc dimittet homo patrem ⁊ matrem ⁊ adhaerebit ad uxorem suam. ¶ Et erunt duo in carne una. itaque iam non sunt duo sed una caro. ¶ Quod ergo deus coniunxit homo non separet. ¶ Et in domo iterum discipuli eius de eodem super interrogauerunt eum. ¶ Et ait illis. quicumque dimiserit uxorem suam ⁊ aliam duxerit adulterium committit super eam. ¶ Et si uxor dimiserit uirum suum ⁊ alii nupserit moechatur.

¶ Et offerebant illi paruulos ut tangeret illos. discipuli autem increpabant offerentes. ¶ Quos cum uidisset ihs indignatus est ⁊ dixit illis. sinite paruulos uenire ad me. nolite prohibere eos. talium enim est regnum dei. ¶ Amen dico uobis quicumque non receperit regnum dei sicut paruulus non intrabit in illud. ¶ Et complexans eos ⁊ imponens manus benedicebat illis.

¶ Et cum egressus esset in uiam procurrens quidam ⁊ genuflexus ante eum rogabat eum. magister bone. quid faciam ut uitam eternam possidebo. ¶ Ihs autem dixit ei. quid me dicis bonum. nemo bonus nisi unus deus. ¶ Mandata nosti. ne adulteres. ne occidas. ne furtum facias. ne falsum testimonium dicas. ne fraudem feceris. honora patrem tuum ⁊ matrem. ¶ At ille respondens dixit illi. magister haec omnia obseruaui a iuuentute mea. ¶ Ihs autem intuens eum dilexit eum ⁊ dixit ei. unum tibi deest. uade quaecumque habes uende ⁊ da pauperibus. ⁊ habebis thesaurum in celo. ⁊ ueni sequere me. ¶ Qui contristatus in uerbo abiit maerens. erat enim habens possessiones multas. ¶ Et circumspiciens ihs dixit discipulis suis. quam difficile qui pecunias habent in regnum dei introibunt. ¶ Discipuli autem obstupescebant in uerbis eius. ihs autem rursum respondens dixit illis. filioli quam difficile est confidentes in pecuniis introire in regnum dei. ¶ Facilius est camelum per foramen acus transire quam diuitem intrare in regnum dei. ¶ Illi autem amplius admirabantur dicentes ad semetipsos. et quis potest saluus fieri. ¶ Intuens autem illos ihs ait. apud homines impossibile est sed non apud deum. omnia enim possibilia sunt apud deum. ¶ Et cepit petrus dicere ei. ecce nos dimisimus omnia ⁊ secuti sumus te. ¶ Respondens ihs ait. amen dico uobis nemo est qui reliquerit domum aut fratres aut sorores aut matrem aut patrem aut filios aut agros propter me ⁊ propter euangelium. ¶ Qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc domos ⁊ fratres ⁊ sorores ⁊ matres ⁊ filios ⁊ agros cum persecutionibus ⁊ in futuro seculo uitam eternam. ¶ Multi autem erunt primi nouissimi ⁊ nouissimi primi.

¶ Et erant in uia ascendentes hierosolimam. ⁊ ihs praecedebat illos. ⁊ stupebant. ⁊ sequentes timebant. ¶ Et assumens iterum duodecim cepit illis dicere quae essent ei eventura. ¶ Quia ecce ascendimus hierosolimam. ⁊ filius hominis tradetur principibus sacerdotum ⁊ scribis. ⁊ damnabunt eum morte. ⁊ tradent eum gentibus. ¶ Et illudent ei ⁊ conspuent eum. ⁊ flagellabunt eum ⁊ occident. ⁊ tribus diebus resurget.

¶ Et accedunt ad eum iacobus ⁊ iohannes filii zebedei dicentes ei. magister uolumus ut quodcumque petierimus a te facias nobis. ¶ Ipse autem dixit eis. quid uultis ut faciam uobis. ¶ Dixerunt ei. da nobis ut unus ad dexteram tuam ⁊ unus ad sinistram sedeamus in gloria tua. ¶ Ihs autem dixit eis. nescitis quid petatis. potestis bibere calicem quem ego bibo aut baptismo quo ego baptizor baptizari. ¶ Illi autem dixerunt ei. possumus. ihs autem dixit eis. calicem quidem meum bibetis ⁊ baptismo quo ego baptizor baptizabimini. ¶ Sedere autem ad dexteram meam uel sinistram non est meum dare uobis sed quibus paratum est. ¶ Et audientes decem ceperunt indignari de iacobo ⁊ iohanne. ¶ Ihs autem conuocans eos ait illis. scitis quia hi qui uidentur principari gentibus dominantur eorum ⁊ principes potestatem habent ipsorum. ¶ Non ita est autem inter uos. sed quicumque uoluerit inter uos maior fieri erit uester minister. ¶ Et quicumque uoluerit inter uos primus esse erit omnium seruus. ¶ Nam ⁊ filius hominis non uenit ministrari sed ministrare ⁊ dare animam suam redemptionem pro multis.

¶ Et ueniunt hierichuntem. ⁊ cum egrederetur ab hierichunte ipse ⁊ discipuli eius ⁊ turba non parua filius timei bartimeus cecus sedebat secus uiam mendicans. ¶ Et cum audisset quia ihs nazarenus est cepit clamare ⁊ dicere. fili dauid ihu miserere mei. ¶ Et increpabant eum multi ut taceret. at ille multo magis clamabat. fili dauid miserere mei. ¶ Et stans ihs iussit eum uocari. ⁊ uocant cecum dicentes ei. confortare surge. uocat te. ¶ Qui proiecto uestimento suo exiliens uenit ad eum. ¶ Et respondens ihs dixit ei. quid uis faciam tibi. cecus autem dixit ei. rabboni ut uideam. ¶ Ihs autem dixit illi. uade fides tua saluum te fecit. ¶ Et continuo uidit ⁊ secutus est eum in uia.

¶ Et cum appropinquarent hierusalem ⁊ bethaniae ad montem oliueti mittit duos discipulos suos. ¶ Et ait illis. ite in castellum quod contra uos est. ⁊ statim introeuntes inuenietis pullum asinae alligatum cui nemo umquam hominum sedit. solite eum ⁊ adducite. ¶ Et si quis uobis dixerit. quid facitis hoc dicite. dominus eius opus habet. ⁊ continuo illum dimittet huc. ¶ Abierunt autem ⁊ inuenerunt pullum alligatum ante ostium foris in biuio. ⁊ solunt eum. ¶ Et quidam de illic stantibus dicebant illis. quid facitis solutes pullum. ¶ At illi dixerunt eis sicut praecepit ihs. ⁊ dimiserunt eos. ¶ Et adduxerunt pullum ad ihm. ⁊ imponunt ei uestimenta sua. ⁊ sedit super eum. ¶ Plurimi autem straverunt uestimenta sua in uia. alii autem caedebant ramos de arboribus ⁊ sternebant in uia. ¶ Et qui praecedebant ⁊ qui sequebantur clamabant dicentes. osanna. benedictus qui uenit in nomine domini. ¶ Benedicta quae uenit in regnum in nomine patris nostri dauid. osanna in excelsis. ¶ Et introiit ihs hierusalem in templum. ⁊ circumspectis omnibus cum iam uespera esset hora exiit in bethaniam cum duodecim.

¶ Et alia die cum exirent a bethania esuriit. ¶ Et cum uidisset a longe ficum habentem folia uenit si forte inueniret aliquid in ea. ⁊ cum uenisset ad eam nichil inuenit nisi folia. non enim erat tempus ficorum. ¶ Et respondens ihs dixit illi. iam non amplius in aeternum ex te fructum quisquam manducet. ⁊ audiebant discipuli eius. ¶ Et ueniunt hierusalem. ⁊ cum introisset ihs in templum eiciebat uendentes ⁊ ementes in templo. ¶ Et mensas numulariorum ⁊ cathedras uendentium columbas subuertit. ¶ Et non sinebat ut quisquam transferret uas per templum. ¶ Et docebat dicens eis. nonne scriptum est. quia domus mea domus orationis uocabitur omnibus gentibus. uos autem fecistis eam speluncam latronum. ¶ Et audierunt scribae ⁊ principes sacerdotum ⁊ quaerebant quomodo illum perderent. timebant enim eum. omnis enim turba admirabatur super doctrina eius. ¶ Et cum sero fieret egrediebatur extra ciuitatem.

¶ Et mane transeuntes uiderunt ficum aridam factam a radicibus. ¶ Et recordatus petrus dixit ei. rabbi ecce ficus cui maledixisti aruit. ¶ Et respondens ihs ait illis. habete fidem dei. ¶ Amen dico uobis quia quicumque dixerit huic monti tollere ⁊ mittere in mare. ⁊ non haesitauerit in corde suo sed crediderit quia quod dicit fiat. quicquid dixerit fiat ei. ¶ Propterea dico uobis omnia quaecumque orantes petitis credite quia accipietis ⁊ fiet uobis. ¶ Et cum stabitis ad orandum dimittite si quid habetis aduersus aliquem. ut ⁊ pater uester qui in celis est dimittat uobis peccata uestra. ¶ Si autem uos non dimiseritis nec pater uester qui in celis est dimittet peccata uestra.

¶ Et ueniunt iterum hierusalem. ⁊ cum in templo ambularet uenerunt ad eum principes sacerdotum ⁊ scribae ⁊ seniores. ¶ Et dicebant ei. in qua potestate haec facis. aut quis dedit tibi hanc potestatem ut haec facias. ¶ Ihs autem respondens dixit eis. interrogabo ⁊ ego uos unum uerbum. ⁊ respondete mihi. ⁊ dicam uobis in qua potestate haec facio. ¶ Baptismum iohannis de celo fuit an ex hominibus. respondete mihi. ¶ At illi cogitabant apud se dicentes. quia si dixerimus de celo dicet. quare ergo non credidistis ei. ¶ Si autem dixerimus ex hominibus timebamus populum. omnes enim habebant iohannem uere prophetam esse. ¶ Et respondentes dicunt ihu. nescimus. ihs autem respondens ait illis. nec ego dico uobis in qua potestate haec facio.

¶ Et cepit illis in parabolis loqui. uineam plantauit homo ⁊ circumdedit sepem ⁊ fodit lacum ⁊ aedificauit turrim. ⁊ locauit eam agricolis ⁊ peregre profectus est. ¶ Et misit ad agricolas in tempore seruum ut a agricolis acciperet de fructu uineae. ¶ Qui adprehensum eum eum uulneribus dimiserunt uacuum. ¶ Et iterum misit ad illos alium seruum. ⁊ illum in capite uulnerauerunt ⁊ contumelia affecerunt. ¶ Et alium misit. ⁊ illum occiderunt. ⁊ multos alios. quosdam caedentes. quosdam uero occidentes. ¶ Adhuc unum habebat filium carissimum. ⁊ illum misit ultimum ad eos dicens. quia uerebuntur filium meum. ¶ Agricolae autem dixerunt inter se. hic est heres. uenite occidamus eum. ⁊ nostra erit hereditas. ¶ Et adprehendentes occiderunt eum. ⁊ eiecerunt extra uineam. ¶ Quid ergo faciet dominus uineae. ueniet ⁊ perdet agricolas ⁊ dabit uineam aliis. ¶ Nonne scripturam hanc legistis. lapidem quem reprobauerunt aedificantes hic factus est in caput anguli. ¶ A domino factum est istud ⁊ est mirabile in oculis nostris. ¶ Et quaerebant eum tenere. ⁊ timuerunt turbam. cognouerunt enim quia ad eos parabolam dixerat. ⁊ relicto eo abierunt.

¶ Et mittunt ad eum quosdam de pharisaeis ⁊ herodianis ut eum caperent in uerbo. ¶ Qui cum uenissent dicunt ei. magister scimus quia uerax es ⁊ non curas quemquam. non enim respicis personam hominis. sed in ueritate uiam dei doces. licet censum dare cesari. ¶ Dabimus. an non dabimus. qui dixit eis. quid me temptatis. afferte mihi denarium ut uideam. ¶ Illi autem obtulerunt. ⁊ ait illis. cuius habet imaginem hanc ⁊ superscriptionem. dicunt ei. cesaris. ¶ Respondens ihs dixit eis. reddite quae sunt cesaris cesari. ⁊ quae sunt dei deo. ¶ Et admirati sunt super eo.

¶ Et ueniunt sadducei qui dicunt resurrectionem non esse. ¶ Et interrogabant eum dicentes. magister moyses scripsit nobis. si cuius frater mortuus fuerit ⁊ dimiserit uxorem ⁊ filios non reliquerit. ut accipiat frater eius uxorem eius ⁊ suscitet semen fratri suo. ¶ Septem fratres erant. ⁊ primus accepit uxorem. ⁊ mortuus est non relicto semine. ¶ Et secundus accepit eam. ⁊ mortuus est. nec iste reliquit semen. ⁊ tertius similiter. ¶ Et septem eam non reliquerunt semen. nouissima omnium ⁊ mulier defuncta est. ¶ In resurrectione ergo cum resurrexerint cuius de illis erit uxor. septem enim habuerunt eam uxorem. ¶ Respondens ihs dixit eis. nonne propterea errabitis quia nescitis scripturas neque uirtutem dei. ¶ Cum enim a mortuis resurrexerint neque nubent neque nubentur. sed sunt sicut angeli in celis. ¶ De mortuis autem quod resurgant non legistis in libro moysi super rubum quomodo dixerit illi deus dicens. ego sum deus abraham. ⁊ deus isaac. ⁊ deus iacob. ¶ Non est deus mortuorum sed uiuorum. uos ergo multum erratis.

¶ Et accessit unus de scribis qui audierat illos conquirentes simul. ⁊ uidens quia bene illis respondisset interrogauit eum quod esset mandatum primum omnium. ¶ Ihs autem respondit ei. quia primum omnium mandatum est. audi israel. dominus deus noster dominus unus est. ¶ Et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. ⁊ ex tota anima tua. ⁊ ex tota mente tua. ⁊ ex tota uirtute tua. hoc est primum mandatum. ¶ Secundum autem simile illi est. diliges proximum tuum tamquam te ipsum. maius horum aliud mandatum non est. ¶ Et ait illi scriba. bene magister. in ueritate dixisti quia unus est deus. ⁊ non est alius praeter eum. ¶ Et ut diligatur ex toto corde. ex tota mente. ex tota anima. ex tota fortitudine. ⁊ diligere proximum tamquam se ipsum. maius est omnibus holocaustomatibus ⁊ sacrificiis. ¶ Ihs autem uidens quia sapienter respondisset dixit illi. non es longe a regno dei. ¶ Et nemo iam audebat eum interrogare.

¶ Et respondens ihs dicebat docens in templo. quomodo dicunt scribae christum filium dauid esse. ¶ Ipse enim dauid dicit in spiritu sancto. dixit dominus domino meo. sede a dextris meis. ¶ Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. ¶ Ipse ergo dauid dicit eum dominum. ⁊ unde filius eius est. ¶ Et libenter eum audiebat turba multa. ¶ Et dicebat in doctrina sua. cauete a scribis qui uolunt in stolis ambulare ⁊ salutationes in foro. ¶ Et in primis cathedris sedere in conuiuiis. qui deuorant domos uiduarum sub obtentu prolixae orationis. hi accipient prolixius iudicium.

¶ Et sedens ihs contra gazophylacium aspiciebat quomodo turba iactaret aes in gazophylacium. ¶ Et multi diuites iactabant multa. ¶ Et cum uenisset una uidua pauper misit duo minuta. quod est quadrans. ¶ Et conuocans discipulos suos dixit illis. amen dico uobis quoniam uidua haec pauper plus quam omnes qui miserunt in gazophylacium. ¶ Omnes enim ex eo quod abundabat illis miserunt. haec autem de penuria sua omnia quae habuit misit. totum uictum suum.

¶ Et cum egrederetur de templo dicit illi unus discipulorum suorum. magister aspice quales lapides ⁊ quales structurae. ¶ Et ihs dixit illi. uides has magnas structuras. non remanebit lapis super lapidem qui non destruatur. ¶ Et cum sederet in monte oliueti contra templum interrogabant eum seorsum petrus ⁊ iacobus ⁊ iohannes ⁊ andreas. ¶ Dic nobis quando haec erunt. ⁊ quod signum cum haec omnia incipient consummari. ¶ Ihs autem coepit dicere illis. uidete ne quis uos seducat. ¶ Multi enim uenient in nomine meo dicentes quia ego sum. ⁊ multos seducent. ¶ Cum autem audieritis proelia ⁊ opiniones proeliorum. nolite turbari. oportet enim haec fieri. sed nondum finis. ¶ Surget enim gens contra gentem ⁊ regnum aduersus regnum. ¶ Et terrae motus per loca. ⁊ fames. ⁊ pestilentiae. ⁊ terrores de celo. ⁊ signa magna erunt. ¶ Haec autem omnia principia dolorum. ¶ Uos autem uidete. ⁊ cauete. ⁊ uigilate. ⁊ orate. ¶ Nescitis enim quando tempus

frater adhuc iuuenē
Nolite ergo timere
le auctorizā denar qui ñ hr̄ dñi ī eaustis=
lent eum occidere timuit ppm.
Timor dī com
mun̄ differt.
ſ; uolūtate ē
auferr. uīt ā
iudicio ſ redd
ad ēmen quos
aliq̄ ſuſpendit
a crimine.
quia ſicut ap̄hām.
ſ; heroden
eum habebant.
ppm timebat. ſ; amor
ſuperabat. p̄ q̄ rōnī ſponē
bat.
Die aūt natalis he
rodis ſaltauit filia
herodiadis in medio ſ placuit
herodi uīt cū iuramento pollu
citus est ei dare quodcūq; pos
tulasset ab eo. at illa p̄monī
ta a mātre ſua. da mihi inquit
hic in disco caput iohīs baptiste.
ſ; uir simulatos. os
tendit in quo se reum ī
ſuper. ipē iuſſerat
uinc dimī
dium. ſ; ipē eos qui
simul erant cōrores ſedere.
paritcr precēbe
bant. iuſſit dari.
ſ; ſpeciali die?
tristis q; ꝓ decollari
eum
iohannē in carcē.
Sub occasio
ne pietatis ī
pulsus. dū
uitandi scel⁹
erubescit.
ſ; uo habeat in perclitare linguā que illi
tiral nuptias arguebat.
Et allatū ē caput iohīs in disco ꝑ datum est puelle.
ꝑ tulit matri ſue. ꝑ accedentes discipuli eius. tule
runt corpus eius ꝑ sepelierūt illud. ꝑ uenientes nūt
hanc nec passus ē.
ſ; post q̄m ap̄ iudee lect ꝑ ph̄a capit p̄dic
Et audierunt ihc
Quo cum
tenebat. ꝑ iō
iohīs eī ab ad
ulterio phibuit.
orta ꝑ p̄cipue
addi ad deli
cias suas. ea
pit iohīs. ꝑ
auferri ꝑ ppm de intellectu
legis. ꝑ p filiam deferitur ma
tri. q̄ ꝑ p̄ua uo lūptate ca
ta sit infidelitate. quo fac
to discepti iohānis. ꝑ audito
res legis corpus iohānis sepe
liunt. ꝑ carnalem inde obser
uantiam extinguūt. ꝑ sic a le
ge ad euāngliū uenientes
ubi di solliciti auditores
fiunt.
ſ; reformidat hāc.
mar. erlv.
mar. hr.
Ad hoc forte uenerunt ut
occasionē parerent. qua u
derent facē inuitus q̄d fac
ebat spontaneus. ſ eū hoc
impleſſet de aliq̄ amato q
impleuit de ppha. q̄d ſāt
tenuisset si etiam abire posset;
Audiens iohīs tuē ligē legis.
q̄ iniuria. uītro increpat ad
xpm q̄ē fi
nit legis ad
iustitiā oī
credentī.
dissi
mulabat.
ī q̄ſ dā libr̄ dicūt ꝑ ihla. ī duas. ī
tres. ille. ā diuisēbēt. ī
illā q̄ cep. fāmā ꝑ ferebat.
q̄ ꝑ hoc ſta. ihc saluat ꝑ illos.
Contristat. ur
ī uidebat.
In tribus enim partibus homi
nis. i. mētis sue. ī operibus. ī facie. in tertia habebat ī
mente. talis q̄ppe er
at ypocrita qualis q̄ ꝓ
fessus ē.
In tribus enim capitibus iohīs
ostēdit xpm qui est ca
put omnium ppharū. iudei
ꝓdidisse.
Audientes iohīs discipuli eius. uenerunt ꝑ nūtiauerunt
ihū. Quo audito secessit inde in nauicula in desertum
ipē iohīs
mar. erlvi
lu. xpc in
iosephani.

B. Sūp forte nos ſecutus ingressus erigit. q̄ ob suarū. ſ.
peccatorū uenerat ſ ueniā. illē illō. q̄ sibi salubr̄ inuitā dā no
uum. ac uniuſ ſtātē necessitate pugnā dū uob. q̄ pug
nā ad p̄ximos. ꝑ alios ēmēt ſ̄ui. est. diuīdū. denig; supa
uit ppm dē occidē nā alium ut stultū. ꝑ ipm. arg;
ita q̄ adulter̄ prohibet. de malum. ſ; ad p̄mā ꝓcessionē
abigail fecit ꝑ dāvid magnā. minas remisit. ꝑ
uocauit eius ſ̄ tuitionē. ut; ad ſ̄pe ſeruandū p̄mo ostē
ſit. doluit.

¶ Secessit ⁊ fugit tumore ꝯ secessit parcens inimicis ne homicidio ꝰ homicidio irrigerent. dans exemplū ut nunc ne teneāt ꝯ ꝯ secessit ut probaret fidē credentium. vñ ⁊ cū audisset turbe

ecclie locū que ānō habebat uirtū ad ḡres.

audisset ihc secessit inde in naui ¶ cum ꝑdicaret ip̄e fieret in cula in locū desertum ⁊ eorum. ⁊ gentes multitudo credidit ⁊ eum. ¶ ypo labore. cū audisset turbe secute sūt eū ⁊ pedes

¶ Carnalel ⁊ de futuro nimcto refectionis ignari. quib⁹ dictū erat. Inuitā gentiū ne abierit. ait hic. Filiabus israel uidetur gentes recepi. ⁊ murmurāt. q̄s uocat unū ⁊ laud. ecce gentes q̄ sitiūt scule. ꝯ omnes gentes q̄ in uno sic sūt coram eo. ꝯ dūc ⁊ apostol reficiē decurr. vñ subd ihc ānō dixit eis. ⁊c.

placuit ei. ¶ ypo labore. ut aperte nimis ostū deuenit. relinquit curantes. ⁊ ꝑsuasionē. hūt uolūtatem. ꝯ nūtel puenē di. ideo ihc obuiā

ihc ſamarit. mlīa. ens ſtudio turbā magnā ⁊ misertē ei ⁊ curat ꝓbrio de sanitate eor. ¶ magna uit languidos eorum;

erat ⁊ multū curat. ut plena erat fides ei⁹ p̄ multū habeat. ecce q̄ nūl deserūtur deuotione ꝫdentem.

¶ Vespere aūt f. Recedit ihc de tu dea. uadit ⁊ deserū turbe seq̄t ⁊ quib⁹ obuiat ⁊ curat. hoc ꝑ mane ul mīdie. ꝯ uespe q̄ sol multicie occubuit. ⁊ finul nō dī appinquauit. ſ. ꝓpe.

Vespere aūt facto de

celerunt ad eū discipuli eius di centes. deserta ē locus ⁊ hora iā ꝑt. dimitte turbas ut euntes ſ. i. suis philos phis sibi q̄mque in castella emant sibi escas. ihc escas patū. ¶ ut alīūde q̄rant cū ego li aūt dixit eis. Non hūt necesse ire. panes ¶ uocat ad dandū ut illi se ū hre tēbā dare illis uos manducare. Respon dent ei. Non habemus hic ni nisi q̄ ꝓcol sūt. discenda terrena corda. si quinq; panes ⁊ duos pisces. qui ¶ legis intellectū. dit eis. afferte mihi ad me referte. q̄ pascā ḡtes. huc. ⁊ cū iussit

¶ Iussit ut discumberent ꝯ ſ. ſup fenū. ¶ Accepit v. panibus ⁊ duob⁹ piscibus aspiciēs in cor habere docet ec. celū benedixit ⁊

¶ Studio cū tuētie calcam carne;

¶ accepit. v. panes ⁊ duos pisces. q̄ uenit ens ſ. carnem. ⁊ alia q̄ ꝓpre dicta erant ꝓ dicunt. ⁊ opē impleant.

¶ Benedixit eis ꝯ apis

¶ Bonū sup ē fuit ⁊ uoluerāt. ⁊ erāt adiutorio erit ⁊ pfectōne.

¶ Jubet sibi dimitti sine uerg. ⁊ legē. pphas. ⁊ ispiae.

¶ Jubet ihc discumbere

¶ Accepit. v. panes ⁊ duos pisces. respicit. ꝯ benedixit. fregit. ⁊ dedit discipulis. ⁊ discipuli turbis. ¶ Manducauerūt omnes ⁊ saturati sūt. ⁊ sublatū ē quod residuū fuit. xii. cofinos fragmentorū. ¶ Erant aūt q̄ manducauerūt. v. milia hoīm. exceptis mulieribus ⁊ paruulis. ¶ Statim aūt ihc compulit discipulos suos ascendere nauē. ⁊ p̄cedere eum trans fretum. ¶ Dum aūt faceret ihc

sensū ut intel
ligerent scrip
turas domo ut
ne suauitatis
multiplicarent.
fregit eis mis
sis
legit in medium
et pisces.

Et manducauerunt omnes et saturati sunt.

Et tulerunt reliquias
XII cophinos fragmi
torum plenos. Ma
ducantium autem
fuit numerus quinque milia uirorum
exceptis mulieri
bus et parvulis

Et statim compu
lit discipulos
ascendere nauicu
lam et precedere eum trans
fretum donec dimit
teret turbas. Et
cum dimisisset turbas ascendit
in montem solus orare.

Et cum sero esset solus erat
navis in medio mari et ipse solus in terra.

Et videns eos laborantes in remigando erat enim ventus contrarius eis. Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans super mare et volebat preterire eos.

Et illi videntes eum ambulantem super mare putauerunt phantasma esse et clamauerunt.

Omnes enim eum viderunt et turbati sunt.

Et statim locutus est cum eis et dixit eis. Confidite ego sum nolite timere.

Et ascendit ad illos in navem et cessauit ventus.

Et valde amplius in semetipsis stupebant.

Non enim intellexerunt de panibus. Erat enim cor illorum obcecatum.

Et transfretantes venerunt in terram genesareth et applicuerunt illic.

Et cum exissent de navi cognoverunt eum.

Et circumcurrentes universam regionem illam coeperunt in grabatis eos qui male habebant circumferre ubi audiebant eum esse.

Et quocumque introibat in vicos aut in villas aut in civitates in plateis infirmos ponebant et deprecabantur eum ut vel fimbriam vestimenti eius tangerent et quicumque tetigerunt eum salvi facti sunt.

Et congregantur ad eum pharisei et quidam de scribis venientes ab hierosolymis.

Et cum vidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus id est non lotis panes manducantes vituperaverunt.

Pharisei enim et omnes iudei nisi crebro lotionem manuum non manducant tenentes traditiones seniorum.

Et a venali non manducant nisi baptizentur.

Et alia multa sunt quae tradita sunt illis tenere baptismata calicum et urceorum et lectorum.

Et interrogabant eum pharisei et scribe quare discipuli tui non ambulant secundum traditionem seniorum sed communibus manibus manducant panem.

Ipse autem respondens dixit eis. Bene prophetavit isaias de vobis hypocritis sicut scriptum est. Populus hic labiis me honorat cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me docentes doctrinas et mandata hominum.

Relinquentes enim mandatum dei tenetis traditionem hominum baptismata urceorum et calicum et alia similia horum multa facitis.

Et dicebat illis. Bene irritum facitis mandatum dei ut traditionem vestram servetis.

Moyses enim dixit. Honora patrem tuum et matrem tuam et qui maledixerit patri vel matri morte moriatur.

Vos autem dicitis si dixerit homo patri vel matri corban quod est munus quodcumque fuerit ex me tibi utilitatis non amplius facitis patri aut matri.

Irritum facientes verbum dei traditione vestra quam tradidistis et similia huiusmodi multa facitis.

Et convocata omni turba dicebat illis. Audite me omnes et intelligite.

Nihil est extra hominem introiens in eum quod possit eum communicare sed quae de homine procedunt illa sunt quae communicant hominem.

Si quis habet aures audiendi audiat.

Et cum introisset domum a turba interrogabant eum discipuli eius parabolam.

Et dicit eis. Sic et vos insipientes estis non intelligitis quia omne extrinsecus introiens in hominem non potest communicare eum quia non intrat in cor eius sed in ventrem et in secessum exit purgans omnes escas.

Dicebat autem quia quae de homine exeunt illa communicant hominem.

De intus enim de corde hominum malae cogitationes exeunt adulteria fornicationes homicidia furta avaritiae nequitiae dolus impudicitia oculus invidiae blasphemia superbia stultitia.

Omnia haec mala de intus exeunt et communicant hominem.

Et inde surgens abiit in fines tyri et sidonis et intrans domum neminem voluit scire et non potuit latere.

Sed statim audita de eo mulier cuius habebat filia spiritum immundum intravit et procidit ad pedes eius.

Erat autem mulier gentilis syrophenissa genere et rogabat eum ut daemonium eiceret de filia sua.

Et dicebat illi. Sine prius filios saturari. Non enim bonum est sumere panem filiorum et mittere canibus.

Illa autem respondit et dicit ei. Etiam domine nam et catelli comedunt sub mensa de micis puerorum.

Et dixit ei propter hunc sermonem vade exiit a te daemonium.

Et reversa abiit domum suam et invenit puellam supra lectum iacentem et daemonium exisse.

Et iterum exiens de finibus tyri venit per sidonem ad mare galilaeae inter medios fines decapolitanos.

Et adferunt ei surdum et mutum et deprecabantur illum ut imponeret illi manum.

Et adprehendens eum de turba seorsum misit digitos suos in auribus eius et expuens tetigit linguam eius.

Et suspiciens in caelum ingemuit et dicit illi. Ephpheta quod est adaperire.

Et statim apertae sunt aures eius et solutum est vinculum linguae eius et loquebatur recte.

Et praecepit illis ne cui dicerent quod quanto eis praecipiebat tanto magis plus praedicabant.

Et eo amplius admirabantur dicentes. Bene omnia fecit et surdos fecit audire et mutos loqui.

Et cum turba multa esset cum eo et non haberent quod manducarent convocans discipulos suos ait illis.

Misereor super turbam quia ecce iam triduum perseverant mecum et non habent quod manducent.

Et si dimisero eos ieiunos in domum suam deficient in via quidam enim ex illis de longe venerunt.

Et responderunt ei discipuli eius. Unde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine?

Et interrogabat eos. Quot panes habetis? Qui dixerunt. Septem.

Et praecepit turbae discumbere super terram. Et accepit septem panes et gratias agens fregit et dabat discipulis suis ut apponerent et apposuerunt turbae.

Et habebant pisciculos paucos et benedixit et ipsos iussit apponi.

Et manducauerunt et saturati sunt et tulerunt reliquias septem sportarum.

Erant autem qui manducauerunt quasi quattuor milia et dimisit eos.

Et statim ascendens navem cum discipulis suis venit in partes dalmanutha.

Et exierunt pharisaei et coeperunt conquirere cum eo signum de caelo temptantes eum.

Et ingemiscens spiritu suo ait. Quid generatio haec signum quaerit? Amen dico vobis si dabitur generationi huic signum.

Et dimittens eos ascendit iterum navem et abiit trans fretum.

Et obliti sunt panes sumere et nisi unum panem non habebant secum in navi.

Et praecipiebat eis dicens. Videte cavete a fermento pharisaeorum et fermento herodis.

Et cogitabant ad invicem dicentes. Panes non habemus.

Et cognoscens ihesus dicit eis. Quid cogitatis quia panes non habetis? Nondum cognoscitis neque intellegitis? Adhuc caecum habetis cor vestrum?

Oculos habentes non videtis et aures habentes non audiatis? Neque recordamini?

Quando quinque panes fregi in quinque milia quantos cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei. Duodecim.

Quando et septem in quattuor milia quantas sportas fragmentorum plenas sustulistis? Et dicunt ei. Septem.

Et dicebat eis. Quomodo non intellegitis?

Et venit bethsaidam et adducunt ei caecum et rogabant eum ut illum tangeret.

Et adprehensa manu caeci eduxit eum extra vicum et exspuens in oculos eius imposita manu sua interrogabat eum si quid videret.

Et aspiciens dicebat. Video homines velut arbores ambulantes.

Deinde iterum imposuit manus super oculos eius et coepit videre et restitutus est ita ut clare videret omnia.

Et misit eum in domum suam dicens. Vade in domum tuam et si in vicum introieris nemini dixeris.

Et egressus ihesus et discipuli eius in castella caesareae philippi et in via interrogabat discipulos suos dicens illis. Quem me dicunt homines esse?

At illi dixerunt illi dicentes. Iohannem baptistam et alii heliam alii autem quia unus prophetarum.

Et ipse interrogabat eos. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens petrus dicit ei. Tu es christus.

Et comminatus est illis ne quem dicerent de illo.

Et coepit docere eos quia oportet filium hominis multa pati et reprobari a senioribus et principibus sacerdotum et scribis et occidi et post tres dies resurgere.

Et palam verbum loquebatur. Et adprehendens eum petrus coepit increpare eum.

Qui conversus et videns discipulos suos comminatus est petro et ait. Vade retro me satana quia non sapis quae dei sunt sed quae hominum.

Et convocata turba cum discipulis suis dixit illis. Si quis vult post me venire abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me.

Qui enim voluerit animam suam salvam facere perdet illam qui autem perdiderit animam suam propter me et evangelium salvam faciet illam.

Quid enim prodest homini si mundum totum lucretur animae vero suae detrimentum patiatur?

Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?

Qui enim me confusus fuerit et verba mea in generatione ista adulta et peccatrice et filius hominis confundetur eum cum venerit in gloria patris sui cum angelis sanctis.

Et dicebat illis. Amen dico vobis quia sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec videant regnum dei venisse in virtute.

Et post dies sex assumit ihesus petrum et iacobum et iohannem et ducit illos in montem excelsum seorsum solos et transfiguratus est coram eis.

Et vestimenta eius facta sunt splendentia et candida nimis quantum nullus fullo potest candidare super terram.

Et apparuit illis helias cum moyse et erant loquentes cum ihesu.

Et respondens petrus dixit ihesu. Rabbi bonum est nos hic esse et faciamus tria tabernacula tibi unum et moysi unum et heliae unum.

Non enim sciebat quid loqueretur. Erant enim timore exterriti.

Et facta est nubes obumbrans eos et venit vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus ipsum audite.

Et circumspicientes neminem amplius viderunt sed secum ihesum tantum.

Et descendentibus illis de monte praecepit illis ne cui narrarent quae viderant nisi cum filius hominis a mortuis resurrexerit.

Et verbum tenuerunt apud se conquirentes quid est cum a mortuis resurgere.

Et interrogabant eum dicentes. Quid dicunt scribae quia helian oportet primum venire?

Qui respondens ait illis. Helias cum venerit primo restituet omnia et quomodo scriptum est filio hominis ut multa patiatur et contemnatur.

Sed dico vobis quia et helias venit et fecerunt illi quaecumque voluerunt sicut scriptum est de illo.

Et venientes ad discipulos vidit turbam multam circa eos et scribas conquirentes cum eis.

Et statim omnis populus videns eum obstupuit et pavebant et accurrentes salutabant eum.

Et interrogavit scribas quid conquirebatis cum illis?

Et respondens unus de turba dixit. Magister adduxi filium meum ad te habentem spiritum mutum.

Et ubicumque eum adprehenderit elidet illum et spumat et stridet dentibus suis et arescit et dixi discipulis tuis ut eum ejicerent et non potuerunt.

Qui respondens eis dicit. O generatio incredula quousque apud vos ero? Quousque vos patiar? Adferte illum ad me.

Et adtulerunt eum. Et cum vidisset eum statim spiritus conturbavit illum et elisus in terram volutabatur spumans.

Et interrogavit patrem eius. Quamdiu est ei hoc? At ille dixit. Ab infantia.

Et frequenter eum in ignem misit et in aquas ut perderet eum. Sed si quid potes adiuva nos misertus nostri.

Ihesus autem dixit illi. Si potes credere omnia possibilia sunt credenti.

Et protinus clamans pater infantis cum lacrimis dicebat. Credo domine adiuva incredulitatem meam.

Cum autem videret ihesus concurrere turbam comminatus est spiritui immundo dicens illi. Spiritus surde et mute ego tibi imperio exi ab eo et amplius non introeas in eum.

Et exclamans et multum discerpens eum exiit ab eo et factus est sicut mortuus ita ut multi dicerent quia mortuus est.

Ihesus autem adprehensa manu eius elevavit eum et surrexit.

Et cum introisset domum eius discipuli eius privatim interrogabant eum. Quia nos non potuimus eicere illum?

Et dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire nisi in oratione et ieiunio.

Et inde profecti transibant per galilaeam et nolebat ut quisquam sciret.

Docebat autem discipulos suos et dicebat eis quia filius hominis tradetur in manus hominum et occident eum et occisus tertia die resurget.

At illi ignorabant verbum et timebant eum interrogare.

Et venit capharnaum et cum domi esset interrogabat eos. Quid in via tractabatis inter vos?

Qui tacebant. Siquidem in via disputabant ad invicem quis eorum maior esset.

Et sedens vocavit duodecim et dicit illis. Si quis vult primus esse erit omnium novissimus et omnium minister.

Et accipiens puerum statuit eum in medio eorum et complexans eum dixit illis.

Quicumque unum puerorum talium receperit in nomine meo me recipit et quicumque me recipit non me recipit sed eum qui misit me.

Respondit illi iohannes dicens. Magister vidimus quendam in nomine tuo eicientem daemonia et prohibuimus eum quia non sequitur nobiscum.

Dixit autem ihesus. Nolite prohibere non enim est quisquam qui faciat virtutem in nomine meo et possit cito male loqui de me.

Qui enim non est adversum nos pro nobis est.

Quicumque enim potum dederit vobis calicem aquae in nomine meo quia christi estis amen dico vobis non perdet mercedem suam.

Et quicumque scandalizaverit unum ex pusillis istis qui credunt in me bonum est illi magis si circumdatus mola asinaria in mare proiectus fuerit.

Si autem manus tua scandalizat te abscide illam bonum est tibi debilem introire in vitam quam duas manus habentem ire in gehennam in ignem inextinguibilem.

Ubi vermis eorum non moritur et ignis non extinguitur.

Et si pes tuus scandalizat te abscide illum bonum est tibi debilem introire in vitam quam duos pedes habentem mitti in gehennam in ignem inextinguibilem.

Ubi vermis eorum non moritur et ignis non extinguitur.

Et si oculus tuus scandalizat te eice illum bonum est tibi unoculum introire in regnum dei quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.

Ubi vermis eorum non moritur et ignis non extinguitur.

Omnis enim igne salietur et omnis victima sale salietur.

Bonum sal si autem sal evanuerit in quo illum condietis? Habete in vobis sal et pacem habete inter vos.

Et inde surgens venit in fines iudeae trans iordanem et conveniunt iterum turbae ad eum et sicut consuerat iterum docebat illos.

Et accedentes pharisaei interrogabant eum si licet viro uxorem dimittere temptantes eum.

Qui respondens dixit illis. Quid vobis praecepit moyses?

Illi dixerunt. Moyses permisit libellum repudii scribere et dimittere.

Ad quos ihesus dixit. Propter duritiam cordis vestri scripsit vobis praeceptum istud.

Ab initio autem creaturae masculum et feminam fecit eos deus.

Propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae.

Et erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo sed una caro.

Quod ergo deus coniunxit homo non separet.

Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogabant eum.

Et dicit eis. Quicumque dimiserit uxorem suam et aliam duxerit adulterium committit super eam.

Et si uxor dimiserit virum suum et alii nupserit moechatur.

Et offerebant illi parvulos ut tangeret illos. Discipuli autem increpabant offerentes.

Quod cum videret ihesus indignatus est et ait illis. Sinite parvulos venire ad me et nolite prohibere talium est enim regnum dei.

Amen dico vobis quicumque non receperit regnum dei sicut parvulus non intrabit in illud.

Et complexans eos et imposita manu super illos benedicebat eis.

Et cum egressus esset in viam procurrens unus et genu flexo ante eum rogabat eum. Magister bone quid faciam ut vitam aeternam possidebo?

Ihesus autem dixit ei. Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi unus deus.

Praecepta nosti. Ne adulteraveris. Ne occideris. Ne furtum feceris. Ne falsum testimonium dixeris. Honora patrem tuum et matrem.

Ille autem respondens dixit illi. Magister haec omnia custodivi a iuventute mea.

Ihesus autem intuens eum dilexit eum et dixit ei. Unum tibi deest vade quaecumque habes vende et da pauperibus et habebis thesaurum in caelo et veni sequere me.

Qui contristatus in verbo abiit maerens erat enim habens possessiones multas.

Et circumspiciens ihesus dicit discipulis suis. Quam difficile qui pecunias habent in regnum dei introibunt!

Discipuli autem obstupescebant in verbis eius. Ihesus autem rursum respondens dicit illis. Filioli quam difficile est confidentes in pecuniis introire in regnum dei!

Facilius est camelum per foramen acus transire quam divitem intrare in regnum dei.

Illi autem amplius admirabantur dicentes ad semetipsos. Et quis potest salvus fieri?

Intuens autem eos ihesus ait. Apud homines impossibile est apud deum autem non omnia enim possibilia sunt apud deum.

Et coepit petrus dicere ei. Ecce nos dimisimus omnia et secuti sumus te.

Respondens ihesus dixit. Amen dico vobis nemo est qui reliquerit domum aut fratres aut sorores aut matrem aut patrem aut filios aut agros propter me et propter evangelium

Qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc domos et fratres et sorores et matres et filios et agros cum persecutionibus et in saeculo futuro vitam aeternam.

Multi autem erunt primi novissimi et novissimi primi.

Erant autem in via ascendentes hierosolymam et praecedebat illos ihesus et stupebant et sequentes timebant.

Et assumens iterum duodecim coepit illis dicere quae essent ei eventura.

Quia ecce ascendimus hierosolymam et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis et senioribus et damnabunt eum morte et tradent eum gentibus.

Et illudent ei et conspuent eum et flagellabunt eum et occidunt et tertia die resurget.

Et accedunt ad eum iacobus et iohannes filii zebedaei dicentes ei. Magister volumus ut quodcumque petierimus a te facias nobis.

Qui dixit eis. Quid vultis ut faciam vobis?

Dixerunt ei. Da nobis ut unus ad dexteram tuam et unus ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua.

Ihesus autem dixit eis. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibo aut baptismate quo ego baptizor baptizari?

Dixerunt autem ei. Possumus. Ihesus autem dixit eis. Calicem quidem meum bibetis et baptismate quo ego baptizor baptizabimini.

Sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram non est meum dare vobis sed quibus paratum est.

Et audientes decem coeperunt indignari de iacobo et iohanne.

Ihesus autem vocans eos ait illis. Scitis quia hi qui videntur principari gentibus dominantur eorum et principes eorum potestatem habent ipsorum.

Non ita autem erit inter vos sed quicumque voluerit inter vos fieri maior erit vester minister.

Et quicumque voluerit inter vos primus fieri erit omnium servus.

Nam et filius hominis non venit ministrari sed ministrare et dare animam suam redemptionem pro multis.

Et venit hierichuntem et cum egrederetur ab hiericho et discipulis eius et plebe non parva filius timei bartimeus caecus sedebat secus viam mendicans.

Et cum audisset quia ihesus nazarenus est coepit clamare et dicere. Fili david ihesu miserere mei.

Et increpabant eum multi ut taceret. Ille autem multo magis clamabat. Fili david miserere mei.

Et stans ihesus iussit eum vocari et vocant caecum dicentes ei. Confortare surge vocat te.

Qui proiecto vestimento suo exiliens venit ad ihesum.

Et respondens ihesus dixit illi. Quid vis faciam tibi? Caecus autem dixit ei. Rabboni ut videam.

Ihesus dixit illi. Vade fides tua te fecit saluum. Et confestim vidit et secutus est eum in via.

Et cum adpropinquarent hierosolymae et bethaniae ad montem oliveti mittit duos discipulos suos.

Et ait illis. Ite in castellum quod contra vos est et statim introeuntes in eum invenietis pullum asinae alligatum cui nemo umquam hominum sedit solvite illum et adducite.

Et si quis vobis dixerit. Quid facitis hoc? Dicite. Dominus eius opus habet et confestim illum remittet huc.

Et abierunt et invenerunt pullum alligatum ante ianuam foris in biverio et solvunt eum.

Et quidam de illic stantibus dicebant illis. Quid facitis solventes pullum?

At illi dixerunt eis sicut praecepit illis ihesus. Et dimiserunt eos.

Et adducunt pullum ad ihesum et imponunt ei vestimenta sua et sedit super eum.

Et plurimi vestimenta sua proiecerunt in via alii autem caedebant ramos de arboribus et sternebant in via.

Et qui praecedebant et qui sequebantur clamabant dicentes. Osanna benedictus qui venit in nomine domini.

Benedictum quod venit regnum in nomine patris nostri david osanna in excelsis.

Et introivit ihesus hierosolymam in templum et circumspectis omnibus cum iam vesperi esset horae exiit cum duodecim in bethaniam.

Et cum exissent a bethania esuriit.

Et videns a longe ficum habentem folia venit si forte inveniret aliquid in ea et cum venisset ad eam nihil invenit praeter folia non enim erat tempus ficorum.

Et respondens ihesus dixit illi. Iam non amplius in aeternum ex te quisquam fructum manducet. Et audiebant discipuli eius.

Et venit hierosolymam et cum introisset ihesus in templum coepit eicere vendentes et ementes in templo et mensas nummulariorum et cathedras vendentium columbas evertit.

Et non sinebat ut quisquam transferret vas per templum.

Et docebat dicens eis. Nonne scriptum est quia domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus? Vos autem fecistis eam speluncam latronum.

Et audierunt scribae et principes sacerdotum et quaerebant quomodo illum perderent. Timebant enim eum quia omnis turba mirabatur super doctrina eius.

Et cum sero fieret egrediebatur de civitate.

Et mane cum transirent viderunt ficum aridam factam a radicibus.

Et recordatus petrus dicit ei. Rabbi ecce ficus cui maledixisti aruit.

Et respondens ihesus ait illis. Habete fidem dei.

Amen dico vobis quia quicumque dixerit huic monti tollere et mittere in mare et non haesitaverit in corde suo sed crediderit quia quodcumque dixerit fiat fiet ei quicumque dixerit.

Propterea dico vobis omnia quaecumque orantes petitis credite quia accipietis et fiet vobis.

Et cum stetistis orantes dimittite si quid habetis adversus aliquem ut et pater vester qui in caelis est dimittat vobis peccata vestra.

Si autem vos non dimiseritis nec pater vester qui in caelis est dimittet peccata vestra.

Et venerunt iterum hierosolymam et cum ambularet in templo accedunt ad eum principes sacerdotum et scribae et seniores.

Et dicebant ei. In qua potestate haec facis? Et quis tibi dedit potestatem hanc ut haec facias?

Ihesus autem respondens dixit eis. Interrogabo vos et ego unum verbum et respondete mihi et dicam vobis in qua potestate haec facio.

Baptismum iohannis de caelo erat an ex hominibus? Respondete mihi.

Et cogitabant apud se dicentes. Si dixerimus de caelo dicet. Quare ergo non credidistis illi?

Si autem dixerimus ex hominibus timebamus turbam. Omnes enim habebant iohannem quia vere propheta erat.

Et respondentes dicunt ihesu. Nescimus. Et ihesus respondens ait illis. Neque ego dico vobis in qua potestate haec facio.

Et coepit illis in parabolis loqui. Vineam plantavit homo quidam et circumdedit sepem et fodit lacum torcularis et aedificavit turrem et locavit eam agricolis et peregre profectus est.

Et misit ad agricolas in tempore servum ut a agricolis acciperet de fructu vineae.

Qui adprehensum eum eum verberibus dimiserunt vacuum.

Et iterum misit ad illos alium servum et illum in capite vulnerabant et contumelia adficiebant.

Et alium misit et illum occidebant et multos alios quos quidem caedentes quosdam autem occidentes.

Adhuc ergo unum filium habens carissimum et hunc misit ad illos novissimum dicens quia verebuntur filium meum.

